Caesar, Gaius Iulius; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentarii
Friburgi Brisgoiae, 1546 Seite 639



nus Alexandrinus in libro, qui Illyrius appellatur, putat Rhætos à Cæsare quoq; deuictos & subiectos, cum ille Galliam sibi subdidisset. Id quod alij sic intelligunt, quòd domuerit seu compescuerit eos, non autē deuicerit aut subiecerit, ut supra quoq; memorauimus. Adde

quòd authores multa scripserunt in fauorem principum, quæ ueritati non per omnia consona inueniuntur.

# NAVIVM VOCABVLA OPERAEPRETIVM VISVM EST

adiungere, eò quòd à paucis hactenus sunt obseruata. Ex Stephano Doleto, uirô in omni genere literarum doctißimô, qui eam rem diligentißimè declarauit.

Classis is ...

Actuariæ dicuntur naues celeres, quæ citò agi possunt, uel quæ remis aguntur, non modò uelis. Sall. Hic actuariæ naues circiter triginta, decem onerariæ erant. Actuaria etiā dicūt Latini in neutro genere. Cic. Quid durô tēpore anni actuaria fore censes?

Aphractum genus est nauigij longi, quo plurimū Rhodij utebantur. Cic. De pueris quid agam? paruóne nauigio committam? quid mihi animi in nauigando censes fore? recordor enim æstate cum illo Rhodiorum aphracto nauigans quàm fuerim solicitus.

Biremes, Triremes, Quadriremes, Quinque-

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1546/0676
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg